Jhs. Ma.

Fr. Franciscus à Conceptione Provincialis Fratrum Dis-
calceatorum B. M. V. de Monte Carmeli primitivae obser-
vantiae in hac S. P. N. Alberti Provincia in Nova Hispania. Tibi
dilecto nobis in Christo Fratri Petro à Spiritu Sancto nostrae
sacrae Religionis professo in Domino salutem. Novimus te iam
Diaconatus Ordine insignitum fuisse, vitae, ac morum, honestatem et
congruam aetatem habere: Ideoque, ut ad sacrum Presbyteratus ordinem
iuxta Sancti Concilii Tridentini Decreta, rite et canonice promoveri
possis licentiam et facultatem tibi concedimus. Quapropter Illmos
ac Rmos Archiepiscopos vel Episcopos in Domino obsecramus
ut periculo facto (si velint) de tua sufficientia, (supplicatis et
interstitiis) tibi huiusmodi Ordinem dignentur impertiri quem exami-
natum et approbatum quantum ad Nos ad eosdem remittimus.
In quorum fidem praesentes litteras, manu nostra, ac Secretarii nostri no-
mine subscriptas, sigilloque nostri officii praelo munitas fieri iussi-
mus in hoc nostro Almae Annae Collegio, die duodecima mensis
Septembris anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo
septimo.

Fr. Franciscus à Conceptione
Provincialis

De mandato R. P. N. Provincialis
Fr. Antonius à Cruce
Secretarius